Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



sus ab officialibus iudici offertur. Quo pñte cum ydola execraretur et nomen xpi constantissime confiteretur capitali sentencia punitus est. In gallijs ciuitate arauscia sancti eutropij epi cuius vitā illustrem virtutibus ac miraculis verus eps luculento sermone descripsit. In pago attrebatensi sancti ragnulfi martiris. Item depositio domni bede psbri doctoris gentis anglorum. v kal iunij 28.

A xiiij I. Rome beati iohannis pape quem refert sanctus gregorius ob orthodoxam fidē primo in custodia tentum ac deinde ad mortem usq perductū cum alijs eque catholicis viris. Parisiorum ciuitate transitus sancti germani episcopi et confessoris qui beatus eiusdem vrbis episcopus quante sanctitatis quantisq meriti fuerit quibus etiam claruerit miraculis fortunatus episcopus veraci stilo digessit. In sardinia sanctorum emilij felicis priami luciani. Eodem die sancti carauni qui aput carnotum ciuitatem capite amputato sumpsit martirium. iiij kal iunij 29.

Obijt dominus Johannes abbas domus huius undecimus.

B iij Apud ioconum ciuitatem isaurie passio sancti cenonis martiris et filij eius sub aureliano imperatore. Eodem die sanctorum sisinnij martiris atq alexandri qui in anauaimie partibus ut scribit beatus paulinus persequentibus gentilibus viris martirij coronā adepti sunt. Treueris beati maximini epi et confessoris a quo athamasius antistes persecucione constantini fugiens honorifice susceptus est. Rome via aure